

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Commentarii in primvm, secvndvm, tertivm, et quintum  
Ethicorum Philippi Melanchthonis**

**Melanchthon, Philipp  
Aristoteles**

**Argentinae, 1535**

**VD16 A 3417**

In polit. arist. clarissimo viro equestris ordinis Ulrico Sillingo, compatri suo,  
Phillipus Melanchthon

**urn:nbn:de:bsz:31-106587**

RIA  
in nostra poe  
ia. Finis ej. omi  
a communi. Sic q  
tutibus disponit  
fieri possumus  
2. Propositi un  
referentia, fact  
ta. Neg. abstrac  
ion eeu. cibus, in  
infelicitate in  
onale, qualitate  
Appetitus  
vegetatione  
ad opinionem  
nos bonitatem  
in seipso  
pede,  
nis  
e non  
8.  
0

IN POLIT. ARIST.

CLARISSIMO VIRO EQVESTRIS  
ordinis Ulrico Sillungo, compatrio suo,  
Philippus Melanchthon

S. D.

Vemadmodum antea in aliquot Ethicis li-  
**Q**bris Aristotelis insignes locos interpretati-  
sumus, & ostendimus, quomodo Philoso-  
phiam de moribus adprobet Euangelium, & quo-  
modo eam ad communem uitam transferre possumus,  
ita praecleros locos in Politicis libris illustrare coe-  
pimus. Sed quia nonnulli fortasse reprehendent me  
um consilium, quod per hanc occasionem uideatur  
obtrudi iuuenibus autor mutilatus, quem prestatet  
integrum legere, hi mihi initio placandi sunt. Tu mihi  
certissimus es testis, principio iustum me interpre-  
tationem totius textus Aristotelici instituisse. Susce-  
pi enim hunc laborem te autore, quum uidetur te  
mirabiliter incensum esse studio ueræ ac germanæ  
Philosophiae cognoscendæ. Incœpi itaq; græce pœ-  
legere, quia melius intelligi potest Aristoteles ab his  
qui mediocriter instituti sunt, græce loquens, quam  
latine. Etenim non modo perspicuitas deest latine  
interpretationi, sed meo iudicio propemodum tota-  
res est alia. Nouum enim orationis genus in latina  
lingua decipit lectorem, ut uidere nequeat Aristote-

0 3

COMMENTARIA

Item de rebus notis, & positis in quotidiana uita cōsuetudine loqui, ad aquā nīsi conferantur iste disputationes, intelligi neutiquam possunt. Nam isti procul errant, qui somniant eas tanquam de alio quodā mundo scriptas esse. Sed quia deerant auditoribus græci codices, & in tanta desidia iuuentutis nemo scriberet, mutanda mihi fuit instituta interpretari di ratio.

Deinde cum & latini libri nulli nīsi mendosissimi haberentur, decurrimus eō, ut iudicaremus maxime profuturū si præcipios locos excerptem, et illustrarem, ut summam disputationū Aristotelis populari genere orationis tractatam, & ad communē uitæ consuetudinem, ac nostros mores accommodatam Scholastici tenerent. Non uero interim, quo minus integrum Aristotelem legant, si qui uolent. Idq; si quis faciet, sentiet hanc nostram enarrationem, multis illius disputationibus lumen afferre. Ac specimen extat interpretationis in Ethica scriptæ, quod ait quidam minutius esse, quam ut illorum librorum dignitati conueniat. Mihi uero nihil facilius esset, quam non solum magnitudine uoluminum, sed etiam copia & uarietate rerū antiquos interpretes, quantum uerbosos uincere: sed in scholis omnino modum quendam esse talium rerum oportet, ne nimis diu detineantur ingenia destinata majoribus artibus, in

IN P  
h, in his liter  
preparent ad  
plinas, que se  
nent. Magis c  
hec Scholis  
concedere,  
breuitate,  
multas con  
ceter.

Idem sa  
locos, qui p  
bus discipli  
explicabim  
principia, ac  
derivative  
gibus, nida  
dam humana  
erina, que  
euilium off  
status boni  
ac delectat  
marum co  
pater, han  
niam te au  
aliquid neg  
uersus quo

ARIA  
IN POLIT. ARIST.

bus, in his literis, quæ tantum in hoc traduntur, ut  
præparent adolescentiam ad alias principes disci-  
plinas, quæ scientiam Reipublicæ regendæ conti-  
nent. Itaq; cum ad utilitatem non ad ostentationem  
hæc Scholia scripserim, æquum est ueniam, mihi  
concedere, præsertim cum dederim operam in hac  
breuitate, ut res magnas atq; utiles ad iudicandas  
multas controversias doctorum hominum comple-  
terer.

Idem faciam in Politicis libris: Eligam enim illos  
locos, qui plurimum usui esse poterunt in superiori-  
bus disciplinis. Hos pro virili patefaciamus, atq;  
explicabimus. Nam hi libri tradunt elementa, seu  
principia, ex quibus leges in rebus publicis sumptæ  
ac deriuatae sunt. Ac prodest his qui uersantur in le-  
gibus, uidere fontes illarum et principia. Et que-  
dam humanitatis pars est, non esse rudem huius do-  
ctrinæ, que ostendit causas omnium honestorum ac  
ciuilium officiorum in natura positas. Ego quidem  
statuo bonos viros nullo spectaculo alio magis offici  
ac delectari posse, quam harum rerum pulcherrimi-  
marum consideratione. Tibi autem suauissime Com-  
pater, hanc lucubrationem dedicare cōstitui, ut quo  
niam te autore suscepta est, imponam tibi uicissim  
aliquid negoti ut hanc nostram Philosophiam ad-  
uersus quorundam iniqua iudicia defendas, quæ mi-

## COMMENTARIA

Hi quidem plus uidetur habere utilitatis, quam rite illæ superiorum interpretum. Sed hac de re tibi iudicium permitto, quia tot iam annos cum doctissimis hominibus in Italia & Germania uersatus, in hoc doctrinæ genere multum operæ sumpsi. Id quod meo iudicio honorificum est tibi, quod ad natalium splendorem duxisti cognitionem eorum artium addendam esse, quæ quin uocentur liberales, ab ingenio hominibus in primis coli debeant. Sequi apud Germanos ex equestri ordine literas discunt, alias artes magis quam Philosophiam amant. Quare tu cum nouo exemplo, ad alia studia Philosophiam addideris, semper iudicavi te plurimi faciendum esse. Et ob eam causam initio me singulari studio in amicitiam insinuauit tuam, quam postea sanctissima necessitudine etiam astrinxii, quum te ad filiolimi Georgij baptismum adhibui testem:

Qua in re, quum tanta insit religio, ut dulcissimum patris nomen cum his communicetur, qui una initiant pueros, facile intelligi potest, arctissimo nos vinculo coniunctos esse. Neque mihi dubium est, quin tu pro tua pietate hanc coniunctionem plurimi facias, quæ quidem esset utrius nostrum iucundior, si filiole meo uita longior contigisset. Ostenderat enim is iam quoddam ingenij lumen, undesem concipiebamus futurum nobis

IN POLIT. ARIST.

nobis uoluptati. Idq; ad alias causas acceſſit etiam,  
ut eius morte incredibilem dolorem acceperim, quē  
ex animo nondum ejcere possum. Habeo itaq; satis  
acrem admonitorēm tue necessitudinis, cuius re cor  
atio mihi profectō gratissima eſt. Hoc etiam priua  
to officio cōmotus sum, ut hos tibilibellos dedicarē,  
ut intelligeres te à me plurimi fieri, quum propter  
has tuas uirtutes ac honestissima studia, tum  
propter hanc nostram cōiunctionem,  
quae propter societatem pater-  
ni nominis, artissimaiu  
dicari debet.

Vale  
feliciter.



o 5